



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. IV. De Praenosticatione hujus destructionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Anno Domini MCCCXXVII. Frater (a) Hermannus Com-
mendator de Elbingo & Hospitalarius Domus principalis
Civitatem dictam (c) Morungen circa Civitatem (b) Salfelt,
nomen suum trahens à stagno in cuius sita est littore, (c) instau-
ravit.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Hermannus ab Ottingen. Grunov. *Tract. XI. cap. 12. fol. 194.*
(b) Salfeldiam conditam esse An. 1329. ab Leopoldo de Seefeld, refert
Hennebergerus in *Comment. ad Tab. Pruss. pag. 406.* Ex hoc loco
verò patet, Salfeldiam An. 1327. jam fuisse conditam, aut saltem
jam conditceptam.
(c) Si Hennebergerum audimus, condita est arx Morungensis An. 1330.
Oppidum verò An. 1302, excitatum, deinde An. 1328. muris cin-
ctum. At quicquid sit de arce, Civitas certè An. 1327. condita &
muris cincta esse videtur, ut ex hoc loco Continuatoris apparet.
Consentit & Grunov. *loc. cit.*

CAP. III.

De

Destructione Castrì Christmemelæ.

Anno MCCCXXXVIII. Castrum Memelburg, quod Fratres
de Livonia ædificaverunt An. Dn. MCCLII. & sub ditione fuit
eorum usque ad præsens tempus, translatum fuit ad Fratres de
Prussia. Unde Castrum Christmemela, quod Frater (a) Caro-
lus Magister ædificavit, est in die B. Petri ad vincula desolatam.

ANIMADVERSIO.

- (a) Vid. supra Dusburg. *part. 3. cap. 308.*

CAP. IV.

De

Prænosticatione hujus destructionis.

Hujus

Hujus castri destructionem prænosticatio aliqua præcessit Anno Domini MCCCXXVII. eodem tempore anni, quo sequenti anno destructio facta fuit, tres fratres in coenaculo dicti castri circa crepusculum steterant, cum adhuc pauca stellæ apparent, & viderunt unam stellam in plaga aquilonis, quæ prætermisso naturali cursu, retrogrado celeriter cucurrit ultra C. passus, & stetit ibi, nec fuit reversa, licet dicti Fratres reversionem ejus diutius expectarent.

CAP. V.

Item de eodem.

Anno Domini MCCCXXVIII. fuit terræ motus in dicto castro, & non alibi, & quatiebatur terra horribiliter, quod ædificia alta minabantur ruinam, ita quod hi, qui in ædificiis fuerant, volebant jam saltare ad terram suam, ut evaderent mortem.

CAP. VI.

*De**Vastatione territorii Castri Garthe.*

Eodem tempore LX. Fratres & familia virorum de Prussia exierunt versus castrum Gartham, & dum intelligerent, eos præmonitos esse, miserunt CCCC. viros, qui intraverunt territorium dicti castri, & de prædaverunt id, & reversi sunt ad exercitum Fratrum altera die. Dum Lethovini crederent Fratres suos rediisse ad terram suam, & irent ad agros suos, extunc Fratres cum toto exercitu suo intraverunt potenter dictam terram, & usque ad sex leucas eam depopulati sunt incendio & rapinâ. Plures etiam Nobiles de dicto castro cum omni domo & familia

E ff 3

fua